

Grandelain

Arch. Imp.

Cart. J. 233 n. 49.

Philippus Dei gratia Francorum Rex. ~~et~~ Cum homines manentes infra terminos Communie de Grandelain die ierint ad appellationes factas contra ipsos et ab ipsis contra alios ad Curiam nostram Laudunensem, licet ad hoc per litteras patentes pie recordationis Philippi, antecessoris nostri, gratia Dei Francorum Regis, continentes quod ipsi homines extra potestatem placitare compellentur prefati homines minime tenerentur, Nos attendentes devotam subjectionem quam homines dictae Communie a retroactis temporibus gesserunt et adhuc gerunt erga nostram regiam Majestatem, vestigiis predecessorum nostrorum inherentes, considerataque concessione predicti antecessoris nostri, dictis hominibus facta ac etiam tali precio interveniente de quo nobis a dictis hominibus extitit plenarie satisfactum, ne de cetero ipsi occasione dictarum appellationum seu provocacionum, ab ipsis contra quoscumque seu a quibuscumque contra ipsos factarum, ad curiam nostram Laudunensem predictam, ubicumque vel in quocumque loco, in communia vel extra communiam predictam, in iudicio vel extra iudicium, eas fieri contingerit, venire de cetero minime teneantur, etiam si post vel contra